

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Türkische Texte mit französischer Übersetzung - Cod. St. Märgen 1**

**[Straßburg?], [um 1720]**

Caput quintum

[urn:nbn:de:bsz:31-161021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-161021)

صنان *sanan*, optans boni, seu bonum, benevolus, & Arabica quidem cum Darivo sequentia *طالب علمه tälīb*, cupidus & studiosus scientiæ, sic *طالب علم nāme rāghyb*, vel *tälīb*, cupidus gloriæ, aut bonæ famæ, boni nominis *کوتله مسیح kötege müstahakk*, aut detracto - *müstahak*, dignus baculo, virgis, sic *کوتله مستحق karle müstahakk* (alii dicunt *mustehykk*) dignus morte, seu occisionem, mortem promeritus, *بر نسنده قادر bir nesneje kadyr*, alicujus rei potens, par rei, quod etiam dicitur *کافی کافی کافی kafi* sufficiens, par, *دولته لایق dewlete läik*, Regno conveniens, *پادشاهه لایق pādīshāh läik*, dignus Rege, seu qui Regi offeratur, sic *اکا حرمت لایقدر an-a hurmet läiktür*, dignus est honore, q. illi convenit honor. Talia sunt *مؤافق müwāfik*, conveniens, *قابل kabil*, aptus, habilis, idoneus, *مناسب münāsib*, proportionatus, conveniens, *واقف wākyf*, gnarus, peritus, versatus, *عاجز ägiz*, impotens, insufficiens, *حاضر hāzyr*, paratus, *محتاج muhtāj*, indigus, *شامل şamil*, continens, complectens, & Turcicum *بن زهر ben-zer* similis, quod est participium Verbi *بکر مک ben-zemek*, similem esse.

Pauca cum alio casu, v. g. *اندن خافل andan ghāfil*, imprudens, non cavens ab eo, *عسکر دن کاکین askerden kackyn*, fugitivus ab exercitu, *اخبار سلا متکری مشعر مکتوب äcbbārī selāmetün-üzi müs-yr mektüb*, literæ continententes aut significantes nuntia salutis vestræ, cum Accusativo, ut vides, quem regit tanquam Participium, & sic de aliis.

Quæ tamen si more Arabico construuntur tanquam Annexa post se habent Genitivum, cui Turcæ, ut sæpe dictum est, detrahunt vocalem, ideoque dicunt, v. g. *طالب علم tälībī ilm*, cupidus scientiæ, *لایق دولت läik-ü dewlet*, conveniens statui, regno, unde etiam dicunt *لایق الزعایه läzimür-ry-äje*, dignus honore, cui conveniens aut necessarius est honor, &c.

De numeris & aliis quæ pertinent ad numerationem aut quantitatem jam dictum est *Part. 2. Cap. 8.* Regunt enim in Turcicis nomen numeratum in Nominativo, seu tanquam Adjectiva præponuntur Substantivo Singulari, ut *یوز آدم jüz adem*, centum homines, *بیر کاشی bir kac kisi*, aliquot personæ, *کاشی kac kisi*, quot personæ? Persicè *صد کس sed kes*, centum homines, *تنی چند teni čend*, aliquot personæ, *چند čend kes*, quot personæ? &c. Pro Arabicis *V. loco citato.*

De usu & constructione Pronominum jam etiam abundè dictum est in parte tertia, quæ omnia huc si vis revoca. Scias tamen, quod ibi omissum est, inveniri etiam in libris & vulgò nonnunquam dici pro *بونلار bunlar*, hi, *بوللار bular*, hi, sic *اوللار olar*, pro *انلار anlar*, illi, Quod tuæ notitiæ non usui serviat.

## CAPUT QUINTUM

## De Syntaxi Verborum.

DE usu temporum Verborum satis dictum est in etymologia, seu in parte quarta. Quorum tamen nonnulla præsertim ex Turcicis repetere non abs re fuerit, ut meliùs omnia memoriæ imprimantur.

Diximus Præsens & Futurum Indicativi esse *سورم sewerüm*, quando tamen actio designatur continuata & in fieri determinato, sæpe adhiberi pro Præsenti Gerundium illud in *o e* vel *ی i*, quod est loco Gerundii in *وب üb*, *یورر jürür*, incedit, pergat, quod in familiari sermone contrahitur ad *یور jür*, ut *سویور sewerür*, pro *سوه یورر sewerür*, vel *سوی یورر sewerür*, quasi *سوب یورر sewüb jürür*, uti etiam dicitur, *سویور سوب sewerür*, amat, stat, vel incedit amans vel amando. Sic *ایدیور vel idüp durür*, pro *اید یورر idüjürür*, & hoc pro *ایدوب یورر idüp jürür*, vel *ایدوب طورر idüp durür*, facit, *گلیور gelür*, pro *گلیورر gelürür*, venit, ferè diceres Italicè *Viene, vñ, st. amando, faciendo, venendo.*

Diximus pro Præsenti adhiberi in certis Verbis Præteritum perfectum, ut *بلدم bildüm*, novi, scivi, pro scio, nosco, *ان لادیمی an-ladün-mi*, intellexistinè, pro intelligistinè? *گوردیمی gördün-mi*, vidistinè, pro videtnè? sic *بوردیم bujurdüm ki...* Mandavi pro mando, impero, aut mandamus, volumus ut... *Ordiniamo, che...* Sic loquitur Imperator

tor

tor Turcarum in suis diplomatibus, mandatis, &c. Et figuratè quidem aliquando adhibent Præsens seu Futurum loco Præteriti in narrationibus, ut fit in Latinis, sed tu ab his abstine.

Diximus quoque pro Imperativo adhiberi sæpe Potentialem seu Optrativum, ut *كل سن gelesyn*, veni, venias, *كل gele*, veniat, sic *الله راضي اول اولسون* *allah rāzī ola*, vel *اولسون olsun*, Deus sibi complaceat in... vel acceptum habeat, formula gratias agendi, sic *اول نه اول* vel *نولا ne ola*, seu *نولا nola*, fiat, pro *اولسون olsun*, (quod etiam dicitur) fit, fiat, uti & apud Latinos contingit. Et hīc rursus notes Imperativo addi sæpe interrogativam particulam *می mi*, ut *گیتسونمی gitsünmi*, eatnè? *گیدلیممی gidelimmi*, eamulnè? *گیدیممی gideimmi*? eamulnè? qui veriùs potentialis modus est, quem aliàs per Futurum redderemus, ibitnè, vel visnè ut eat? &c.

Diximus pariter Optrativi tempora poni sæpe pro Subjunctivi, ut *کلیدی gelejdy*, si venisset aut veniret, *و او سی veniret*, vel *utinam veniret aut venisset*.

Diximus præterea, præponi conjunctionem *که ki*, ut, temporibus Optrativi. Circa quod observandum, hoc *که ki* etiam esse Relativum qui, quæ, quod, ut dictum est, & quomodo construatur aut adhibeatur, explicatum est *Part. 3. Cap. 2.* Præterea idem *که ki* respondet conjunctioni nostræ quòd, daß / che, que, &c. Et quotiescunque *که ki* in hac significatione usurpatur, tunc non petit, nisi raro, Optrativum, sed Indicativum, ut *اشتدم که الچی قالقوب کتدی isittüm ki elci kalküp gitty*, audivi, quòd Legatus discessit, seu Legatum profectum esse. *انی شویله اوردم که اوله یازدی anı şöyle ürdüm ki öle jazdy*, cum ita verberavi, ut vix non mortuus sit. Primum illud frequenter redditur per Participium in *دک dük*, ut *الچی قالقدوغنی اشتدکی ilci kalktaghyñi isittün-mi*? audivistnè Legatum discessisse? cujus plura inferiùs habebis exempla. Nostrum quòd præterea significat aliquando, quia, poniturque pro eo quòd, & præponitur causæ, seu alteri parti commatis aut periodi. In tali casu vix reddi potest per Participium in *دک dük*, sed frequentissimè illud reddunt per Infinitivum in *مکین megin*, aut per præpositiones Infinitivo additas, ut *بن طوغری اولغین شاهه یردم ایدرم وزیر لر خاین اولغین اوغلانده یردم* *ben doghru olmaghyn şäbe jardüm iderüm we vezirler chäin olmaghyn ogblane jardüm iderler*, ego, quia rectus & fidelis sum, Regi opem fero, Vefirii autem, seu Ministri, quia perfidi sunt, puero opem ferunt. *Kyrk*. quod etiam sic dici posset *بن طوغری اولغلده* *ben doghru olmaghile*, vel *بن طوغری اولدوغم ایچون* *ben doghru oldughum iciün*, *اولدوغمندن اوتیری oldughumden ötürü*, *اولدوغم لجدن oldughum eçilden*, propterea quòd sum rectus, &c.

Conjunctio ergo *که ki* tantummodo Optrativum postulat, quando significat *ut*, *damit / acciò che*, afinque, *aby / ut* *اکا برغروش ویردم که برچفت پاپوچ الا* *an-a bir ghroş wırdüm ki bir çift papuç ala*, ipsi thalerum dedi, ut par calceorum emeret, vel *emat*. Circa quod *ut* occurrit adhuc notandum, quòd loco illius, sæpè utuntur Turcæ, sicut aliæ pariter Linguæ, Gerundio, v. g. Latino in *dum*, seu Infinitivo; prout redditur cum præpositione *ایچون iciün*, vel in Dativo posito, e. g. *سومک ایچون sewmek iciün*, vel *سومک sewmege*, ad amandum, pro ut amem, ames, &c. *zu lieben* / quod etiam sæpissimè reddunt *دیو seweim dijü*, quasi dicendo *amabo*, h. e. ut amem. In quo casu diligenter est observandum, quòd illud *سومک seweim*, i. e. Verbum in quacunque sit persona, debet in Turcico poni in persona loquentis, quasi loquens aut scribens diceret illa verba præcedentia, nam *دیو dijü* ponitur pro *دیوب dijüp*, dicens, aut cum dixissem, es, dixi, isti, &c, e. g. *نماز قلم دیو جامعه کلمش ایدم nemâz kytaim dijü çiamı-ê gelmiş idüm*, veneram ad Templum, ut orarem, sonat enim *veneram ad Templum*, dicens, ego orabo. Et ubicunque est illud *دیو dijü*, quod sæpissimè adhibetur, ita est intelligendum, ut *کتابی کتدی* *kitabı tez çondürün-dijü jazdün-üz*, scripsistis, ut citò mitterem librum, q. scripsistis dicendo, proferendo hæc verba, *librum citò mittite*. Sic *شویله بویله* *şöyle böyle ejlen-dijü gewâb wırdy*, respondit, ut sic & sic faceremus, aut nobis sic & sic esse faciendum, q. respondit dicens hæc verba, *sic & sic facite*. Qui modus loquendi est illis longè usitatissimus, nobisque non parùm difficilis. Dicitur etiam *تاک tāk ki*, ad hoc ut, *اولا که ola ki*, ad hoc ut, fieri potest ut, quæ cum Optrativo construuntur. Item *بلکه belki*, fortè, immò, *اولا belki gelmiş ola*, fortè jam venerit, aut venit. Con-

Subjunctivi tempora seruiunt, ut dictum est, particulæ *اگر* *egler*, si, siue ea sic expressa, siue subintellecta. Secundum tamen Præfens seruit, seu apponitur certis Verbis, ut *اولسه كرك* *olse gerek*, oportet sit, & erit, *كسه شجب دكل* *gelse şeb d'göl*, non est mirum, si veniat aut venerit, *كسه اولور* *gelse olur*, si veniat, fiet, *h. e.* fieri potest, aut facile est, ut veniat, &c. *اولسه اولادر* *olunse ewlâdür*, melius est si fiat, aut ut fiat, *Ll.* *اغباجه وارسان اولمزمي* *aghajez warsan- olmazmi*? nonne posses ire ad Dominum? *q.* quare non is ad eum? *vel* eas ad eum. *انده هلاك اتسه لركتدك ايدي* *anda helak itseler gittün- idy*, si te ibi occidissent, actum erat de te. *Eb.* *بیر کاردیرو اولسه خوش ایدي* *bir kârdür olma- sa hoş idy*, factum est, seu facinus, quod, si non admissum fuisset vel non contigisset, melius fuisset. *Eb.* *اولسه اولمزمي* *olse olmazmi*, nonne licet fieri, quid si fiat? *لجارت ویر مسیده فایده اتمز* *igîâzet wir mesemde faide itmez*, etiam si non dem aut non darem facultatem, nihil potest, id utique faciet, &c.

Cæterum tempora Subjunctivi apponuntur etiam Nominibus & Adverbiis interrogativis extra interrogationem positis, uti, & quando id fit in Latinis, ut *نقدر ایسه* *nekadar ise*, quantum, *vel* quantumcunque sit aut fuerit, & ad minimum, saltem. *قیان کلدی ایسه* *kacıan geldî ise*, quando venerit, *هر کیم کلورسه کلدیسه* *her kim klürse, gel- diise*, quicumque veniat aut venerit, *هر کیم کلورسه اولورسه اولسون* *her kangby olurse olson*, qui, *vel* qualiscunque fuerit, sit, *er sey wer da will* / *Sia chi si sia*, totus quel que ce soit, *بادز فریختولمیه بدزیه* *her ne ise*, quicquid sit, & sine *هر* *ber*, *نه اولورسه اولسون* *ne olurse olsün*, idem, sit quicquid sit, *نیجه اولورسه* *nige olurse* quomodo, & quomocunque sit, fuerit, fiat, & similia. Quando tamen est aliud Verbum regens hæc antecedentia, potest optimè hoc reddi per Participium in *دک* *dük*, ut *کیم کلورسه اولورسه اولسون* *kim geldügini bilürüm*, scio quis venerit, *نقدر بلد و کیم دويدم* *nekadar bildügün dujdüm*, adverti, conjicio, aut rescivi quantum ille sciat. Et hinc dicitur *قادر* *kâdyr oldughüm kadar*, quantum possum, *بلد و کیم قدر* *bildügüm kadar*, quantum novi aut scio, *so viel als ich kan / oder weis*. Et in talibus semper sic. Item Futurum pari modo redditur *یتشجک قدر* *jetişegek kadar*, vel *یتشجک مقدری* *jetişegek mîktârî*, quantum sufficit, *vel* sufficiet, quasi *quantitas suffectura*, ut in superiore, *quantitas scita*. Item *کیم بلورنه اولاجیمین* *kim bilürne olağınbyn?* Ecquis scit, quid sit futurum? Sic *نه ایلیجه سن* *ne eyleğün bilmez*, nescit quid facturum sit, *نه ایلیجه سن* *ne eyleğün bilmedy*, non scivit quid faceret. *Eb. T. f.* *جانن الایجه آدم ارادی* *gîânin alağınk adem arady*, quærebat hominem, qui illi animam eriperet, animam tolleret, &c. Et hic etiam nota modum loquendi usitatum per hoc Futurum Participii addito *این* *ine*, *بچه کلجکینه وندیکه ارادی* *bece geleğedine wenedige wady*, cum deberet venire Viennam, Venetias ivit, *an statt daß er nach Wien hätte kommen sollen / ist er nach Venedig gereiset / in luogo di andar à Vienna, se n'andò à Venetia*, au lieu de venir à Vienne, il s'en alla à Venise. *Co nuat do Wiedniâ przychâc / po'achâl do Wenecyey*.

Circa Infinitivum aliaque Gerundia & participia, vide Partem quartam.

Pro Infinitivo, post *volo*, oportet, & hujusmodi significationis Verba sæpe etiam ponunt Turcæ Infinitivum, ut *گتیمک کتیمک کتیمک* *gitmek isterüm*, volo ire, *گتیمک کتیمک کتیمک* *gitmek lazımdür*, Idem. Post *başlamak* incipere & post alia similiter Dativum regentia ponitur Infinitivus in Dativo, ut *او قومغه باشلادی* *okumagha başladı*, incepit legere.

Post Verba autem opinionis aut scientiæ, licet per *اک کی*, quod reddi possit, ut in Perficis, & ut in Gallicis per *que*, rarius tamen id faciunt Turcæ, sed locato illo Infinitivo Latino in Indicativo addunt postea Verbum opinionis, ut *کلور قیاس گیلورساندی* *gelür sandy*, vel *کلور قیاس گیلورساندی* *gelür kyjäs itty*, putavit illum venturum, quasi dicas, veniet, putavit. *نآز ای دیوب* *nâz id'v kyjäs idüp*, eam, eum amorosè reuerti arbitratus. *Eb.* *بیر کچه پاره سیله* *bir kece pâresi ile şikâr eyleje sandy*, existimavit se frustra cilicii aucupaturum. *Eb.* Sic *کلور تحقیق بلورم* *gelür tahkîk bilürüm*, scio certò illum venturum, quod aliàs optimè effertur sic *کلجکینه بلورم* *geleğedini bilürüm*, & *کلجکینه بلورم* *geldügün bilürüm*, idem, scio illum venturum, eodemque modo in præterito *کلجکینه بلورم* *geldügün bilürüm*, scio eum venisse, *ایلد و کن سکا خبر ویردی* *ejledügün san-a chaber wırdy*, tibi significavit se id fecisse. *Eb.* Atque ita redduntur ferè omnes Infinitivi latini, quæ per quod reddi possunt,

possunt, aut Germanicè per *taß* / Italicè per *che*, Gallicè per *que*, Polonicè per *że* vel *iz*.  
Sunt tamen Verba nonnulla, qua et si possint ita reddi, habent tamen saepe alium constructionis modum, ut sunt *dimek*, dicere, *formak*, *sü-âl* e. interrogare, sciscitari, quærere, *gewâb* e. *gewâb wirmek*, respondere, *jazmak*, scribere, *isaret* e. innuere, significare, *accennare*. Sic enim saepe cum illis dicitur, v. g. *nige olsün dırsın*, si dicas, quomodo fiat, si quæras aut cogites, quomodo futurum sit. *gönderdükleri ilci ne zaman gele we ne cheber getüre dirken*, heman bir gün tika geldy, cum computarent inter se aut recogitarent, quandonam esset venturus, aut quid novi allaturus Legatus, quem miserant, ecce tandem quodam die comparuit. *Eb. in şâ allah kurtuiduk ola dijüp dururken*, dum apud se diceret, fortè tandem Deo dante evasimus, dum se liberum existimaret. *Eb. duşduşduş*, cogitando, aut recitaturus quid cautæ, aut quid rei esset, aspiciere cœpit. *ne oldy dijü süâl ittükte*, sciscitatus quid rei esset, aut quid contigisset, contigerit, *bir duşmenüm daçhy zubür itty dijü gewâb wırdy*, respondit adhuc unum inimicum suum in medium produisse. *ahwâl ne ise bü giâmibe irâm eslejesiz dijü isâret eslemişsyz*, Insinuastis ut nos rerum statum vobis significaremus, q. innuistis, dicentes, *qualiscumque rerum status fuerit, huic parti significetis*, & similia. Porro hic accipe modum loquendi non infrequentem in narratione dictorum vel scriptorum ab altero, *dijese*, *jazasyje*, q. juxta ejus dictum, prout ipse aliterit, scribit, quasi... Gall. A son dire, a son rapport, a ce qu'il dit, ou ecrit.

### Concordantia Nominativi cum Verbo.

Verbum personale postulat ante se, ut in Latinis, Nominativum vel explicitum, vel implicitum ejusdem numeri & personæ, nisi quòd, si fuerit nomen tertie personæ in Plurali, cum jam affixam habeat characteristicam Pluralis *ler*, quæ æquè Verbo convenit, ac Nomini, non est opus eam addere Verbo, & sic videtur esse Nomen in Plurali, Verbum autem in Singulari, quod sæpissimè contingit ex allegata superiùs ratione, quòd non admittant quid superflui, sine quo possit mens loquentis aut scribentis intelligi. Itaque dicere potes regulariter *anlar gittiler*, & *anlar gıttı*, illi iverunt. Propterea etiam diximus, numeros gaudere Nomine numerato, ut & Verbo in Singulari, quia per se multitudinem inferunt, ideoque dici optimè potest *bir kaç adam geldy*, aliquot homines venerunt. Diximus etiam superiùs, Numerum Pluralem honoris causâ adhiberi, etiam si sermo sit de unica persona, sed singulari aut notabiliter digna, ut *bıze pâdisâh hazretleri iltisüt gısterüp wâfir yhsân ittiler*. Serenissimus Rex, vel Imperator nobis honorem exhibuit & multa beneficia præstitit. Ex quo unico exemplo omnia, quæ de hoc Plurali dicta sunt aut dici possunt, percipere facillè potes.

¶ In Arabicis Nominativus Verbi concordare cum eo debet in persona, si ve præponatur Verbo, si ve postponatur, ut *allahüh jebkümü*, Deus judicabit, *elimal-lâbü*, novit Deus, *ente zerehte*, tu percussisti, *nasertü ene*, adjuvi ego. Quòd si Nominativus præponatur Verbo, concordabit cum eo etiam in Numero, ut *regiülânî chulykâ*, duo viri creati sunt, *enniswânü iaghzilne*, mulieres nent. Immo etiam in genere, si nomen est Singulare vel Duale, ut *el-imrätü ghazel*, mulier nevit, *el-imretâni teghzilâni*, duæ mulieres nent. At si nomen fuerit in Plurali, licet vel ea concordare, ut *er-rigiälü herebü*, viri fugerunt, *en-nisâü iaghzilne*, mulieres nent, *er-rigiälü herebet*, viri pugnaverunt, *en-nisâü herebet*, mulieres fugerunt, *el-urüzü-rtegefne*, terræ contremuerunt; vel apponetur (dummodo non fuerit Plurale sanum Masculinum) Verbum Singulare fæminini generis *er-rigiälü herebet*, viri pugnaverunt, *en-nisâü herebet*, mulieres fugerunt, *el-urüzü-rtegefne*, terræ contremuerunt. Sed tunc dictus Nominativus sic præpositus

positus non dicitur regi à Verbo, sed esse basis & subjectum propositionis independens à quoquam, sed à quo cetera dependent, aut quò reliqua referuntur.

Quod si Nominativus Verbo postponatur tanquam casus ab eo rectus, debet omnino Verbum esse ejusdem persona, sed non semper erit ejusdem numeri aut generis, immò Verbum elegantius est Singulare, dum Nominativus est Dualis vel Pluralis, ut نصر رجلان *nasere regiülani*, adjuverunt duo viri, & نصر رجال *nasere rigiälün*, adjuverunt plures viri. Cum autem nomen est Singularis numeri, Verbum semper erit singulare. Quoad genus concordabunt, si nomen fuerit Singulare masculinum, ut ابك العبد *ebek.el äbdü*, fugit servus, & similiter si fuerit Duale, ut ابك العبدان *ebekel äbdäni*, aufugerunt duo servi. Si autem nomen fuerit generis feminini non veri, nempe non animal, concordare & discordare licebit, ut ارتجت الأرض *irtegef-el-erzu*, & ارتجت الأرض *irtegefetil-erzu*, contremuit terra, & cum aliquid interjacet inter Verbum & Nominativum, ejus discordantia erit elegantior, sic ارتجت اليوم الأرض *irtegef ljeumel-erzu*, commota est hodie terra, elegantius dicitur, quam ارتجت اليوم الأرض *irtegefetil-jeumel-erzu*. Quod si nomen sit Plurale, cujuscunque generis, dummodo non sanum masculinum, tunc eodem modo Verbum disponitur quoad genus, sicut si esset Singulare femininum non verum, ut قاتل الرجال *käteler-rigiälü*, vel قاتلت الرجال *käteletir-rigiälü*, pugnaverunt viri, & هربت النساء *herebetin-nisäu*, fugerunt mulieres, vel هرب النساء *hereben-nisäu*, Idem, sed hoc postremum varius usurpatur. Poterit etiam dici cum Verbo in Plurali هربن النساء *herebenn-nisäu*, fugerunt mulieres, & sed minus eleganter, قاتلوا الرجال *kätelür-rigiälü*, pugnaverunt viri. Durius autem censent dicere cum Plurali sano Masculino هربت الزيدون *herebetiz-zejdüne*, fugerunt Zeidi, sed dicunt هرب الزيدون *herebez-zejdüne*. Dicit porro potest, sed ineleganter هربوا الزيدون *herebüz-zejdüne*, fugerunt Zeidi.

In Persicis Nominativus Verbi plerumque præponitur Verbo, cum quo concordat personâ & numero.

### Constructio Verbi Substantivi.

Verbum Substantivum Turcis est ايم *im*, vel ام *em*, im, sum, سن *sin*, es, در *dür*, est, cujus Infinitivus اولمك *olmak* significat esse, & proprie fieri, de quo fat tusè actum est Part. 4. Cap. 3.

Verbum itaque hoc Substantivum & familia, si quæ sunt, quæ apud Latinos ante & post se Nominativum adsciscunt, etiam in Turcicis duos Nominativos admittunt, amboque Verbo præponunt suo ordine, primò subjectum, tum prædicatum, ultimò Verbum, quod, si sit در *dür*, est, sæpissimè supprimitur. Exempla اللہ کریم *allah kerim*, Deus est benignus, قرداشك يرامز *karjndasün-jaramaz*, tuus frater est malus, وار اول *war ol*, sis sanus, اغام اوده دكل *agham ewde degül*, meus Dominus non est domi, بابك *babak*, زكين اولور *baban-zengin olür*, pater tuus fiet dives, بابام وزير اولشدر *babam vezir olmystur*, pater meus factus est Vefirius, seu Consiliarius intimus. Unde in Activo dicunt پادشاه بابامى وزير اندى *pädisäh habami vezir itty*, vel usit. ايدندى *idindy*, Rex patrem meum fecit, creavit Vefirium, Ministrum Status, ( ايدنمك *idinmek* enim significat etiam facere, seu, ut in hoc casu creare ) Sic انى قران دكديلر *ani kral diktiler*, constituerunt eum Regem. Ubi vides illum secundum Accusativum poni semper in terminatione Nominativi, eò quò sit quid indeterminatum, ut in Italicis & Gallicis sine articulo poneretur. Il Rè hà fatto Consigliere di Stato mio padre, & l'hanno fatto Rè. Le Roy a fait, ou déclaré mon pere Conseiller d'estat. Quod intellige de omnibus aliis Verbis, quæ binos sic regunt Accusativos. Nota etiam ex hoc dignosci secundum Nominativum Verbi Substantivi, quòd, quando Adjectivum est, postponatur Substantivo, & quando Substantivum est, Affixo careat, quod non potest esse in alia significatione.

Verba autem nuncupandi, quæ in Latinis utrinque Nominativum postulant, vix dantur in Turcicis, sed aliter circumscribuntur. Pro vocare, vel nuncupare, dicunt plerumque ديمك *dimek*, seu vulgò demek, quod in hac significatione nuncupandi regit vocatum in Dativo; unde, si velis dicere, vocatur frater meus Abrahamus, dices بنم *benüm* قرداشمه ابراهيم ديرلر *karjndasüme ibrahüm dirler*, vel derler, q. dicunt meo fratri, i. e. vocant meum fratrem Abraham. بوشهره بچ ديرلر *bu şehre bec dirler*, vocatur hæc

Civitas Vienna. Sic بونا نجه دیرلر *bun-a niçe dirler?* quomodo dicitur aut vocatur hoc? Item نجه دیدکلری مملکتدن کلدک *nemçe didükleri memleketten geldük*, venimus ex Regno Germania dicto, seu quod vocatur Germania, نویدراد دیدکلری قلعه ده وار *novigrad didükleri kal-êje war*, eas ad Arcem Novigrad dictam. Vel aliter eadem circumfcribunt, ut in prædictis exemplis اسمی ابراهیمدر *benüm karyndaşümün-âdi*, vel اسمی ابراهیم دیر *ismi ibrâhim dür*, nomen mei fratris est Abraham, بوشهرک ادی بچدر *bu şehriin-âdi be-tür*, hujus Urbis nomen est Vienna, بونا نجه دیرلر *bunün-âdi ne dür?* quomodo hoc vocatur, q. quod est nomen hujus? Dicitur quoque ادنه ابراهیم دیرلر *adin: ibrâhim dir-ler*, vocant nomen ejus Abraham, ابراهیم دیواد قودیلر *ibrâhim dijü âd ködiler*, q. nomen ei imposuerunt, dicentes, Abraham. In ultimis autem exemplis nota dici posse loco دیدکلری *didükleri*, ادلو *adlu*, vel نام *nam*, vel نامنده *naminde*, vel دیکله *dimegile* معروف *mærüf*, aut معروف اولان *mærüf olan*, ut نجه ادلو مملکتدن کلدک *nemçe ädlü memleketten geldük*, q. venimus ex Imperio nomen habente Germania, seu cui nomen Germania. Sic نویدراد نام قلعه ده وار *novigrad nam kal-êje war*, eas ad Arcem nomine Novigrad, aut نویدراد دیکله معروف قلعه ده وار *novigrad dimegile mærüf kal-êje*, q. ad Arcem notam, dicendo (nomine) Novigrad, novam Arcem, vel aliter.

*dür* autem expressum, sive suppressum, adhibetur, cum personaliter diceret *est*, *est* / *è*, *il est*, *iest* / seu cum habet expressos aut tubintellectos utrinque Nominativos, aut aliquid aliud loco secundi, ut v. g. *Pater meus est domi*, q. *existens in domo*, در بابام اوده *babam ewde dür*: & cum denotat possessionem, in quo calu gaudet Genitivo, ut in Latinis, e. g. *kimün-dür bu ew?* cujus est hæc domus? در زینکدر *bir terzinün-dür*, est unius, aut cujuldam Sartoris. Nam aliàs, loco در *dür*, adhibetur illud impersonale Substantivum وارد *wardur*, vel وار *war*, quasi existens est, *est* / *vi è*, *c'è*, *il y a* (nisi id per بودمک *bulunmak*, inveniri, *trouarsi*, *vitrouarsi*, explicare malis) e. g. چوق *ciok* ادن وار ایدی *ad-m wâr idy*, erant vel aderant multi homines. *Es waren viel Leute da*. *Vi erano molti huomini*. Il y avoit beaucoup de monde, بو قلعه ده دورت طوب وارد راجق *bu kal-êde dört top wardür ançiak*, in hac arce vix, vel tantum quatuor adsunt tormenta bellica. *In questa Piazza vi sono appena quattro cannoni*. Il n'y a que quatre pieces de canon dans cette Place. ات وار اتمک وار هرشی وار *et war, etmek war, her şey war*. Ad sunt caro, panis, omnia. Il y a de la viande, du pain, & de toutes choses. Sic اتمک یوقدر *etmek ioktür*, non est panis, *est* / *il n'y a point de pain*, *niemand zu Hause* / *non c'è alcuno in casa*, Il n'y a personne au logis, *nie máš nikogo domá*. At بابام اوده دکل *babam ewde degül*, meus pater non est domi, quia jam non posses dicere, Italicè aut Gallicè, *non v'è mio Padre in casa*, il n'y a pas mon pere au logis, sed dicendum *mio Padre non è in casa*, mon pere n'est pas au logis.

Sed hoc وار *war*, seu وارد *wardür*, adhibetur præterea pro latino, *habeo*, *habes*, &c. cui nimirum in toto correspondens Verbum non habent Turcæ. Regit autem Genitivum cum affixis ut explicuimus *Part. 4. cap. 5.* & ex sequentibus exemplis patet. قلم یوقدر نجه یزایم *kalemüm ioktür niçe yazaim*, non habeo calamum, quomodo scribam? اتمگن وار ايسه ده *etmegün-war ise je*, si panem habes, comede بر اتم اولیدی *bir atüm olaidy*, si haberem equum, vel o si, utinam haberem, vel habuissim equum, اول زمان *ol zemân güzæl altünlerüm war idi*, eo tempore, tunc habebam egregios aureos, &c.

¶ De Verbo Substantivo Arabico كان *kâne*, fuit & factus est, multa jam dicta sunt *part. 4. cap. 3.* uti illud sæpissimè suppressum non solum in tertiis Præsentis personis, sicut etiam in latinis ferè sit, sed in omnibus ferè aliis temporibus & modis personis ac numeris: item loco illius usurpavi sæpe Pronomen Relativum demonstrativum هو *huwe*, ipse, & ipse est, erat, &c. هي *hije*, ipsa, & ipsa est, erat, &c. juxta exigentiam sensûs, alibi, ni fallor, innui, & ex variis hætenus allatis exemplis percipere potuisti, simul & advertere, quod, quando pro prædicato seu secundo Nominativo est Adjectivum, destituitur articulo, etiamsi Subjectum ejus seu primus & verus Nominativus habeat articulum, ut الله كريم *allâhü kerimün*, Deus est beneficus, &c.

Dictum

Dictum pariter est loco citato, quod quando significatur inexistens, sive ponitur pro Turcico در *dür*, sive pro وارد *wārdür*, eodem modo supprimi aut exprimi debeat, & quando denotatur possessio, vel etiam deberet aut posset reddi per nostrum habeo, construi debeat cum particula possessionis لي *li* regente Genitivum, ut الكتاب لزيد *el-kitābü li zeid-*

*din*, liber est Zeidi, & Zeidus habet librum, sic مؤلفه *li müellifsi*, est ipsius authoris, compositio est authoris, v. g. cum in libro suo ponit aliquis Author proprium carmen, ne scilicet aliunde petitum videatur.

Scias autem Verbum كان *kāne*, prout est Verbum Arabibus ناقص *nakys* dictum, hoc est deficiens, & ad sensus integritatem duo requirens nomina, ut in latinis duos Nominativos, quasi predicatum & subjectum, qua inter se copulare videtur, sequenti modo construi. Subjectum scilicet ponitur juxta regulam generalem in Nominativo, predicatum autem in Accusativo, planè ut in Polonicis, ut ex Erpen. الله كان قديراً *allāhü kāne kadīren*, Deus est potens, & ex Guadag. كان زيداً قائماً *kāne zejdün kāmīen*, etiam كان قائماً زيداً *kāne kāmīen zejdün*, fuit, vel erat Zeidus itans. Quod si simpliciter uti transitivum usurpetur, dicitur كان الامر *kānel-emrū*, fuit, factum est, extitit negotium, vel res, & tunc non censetur deficiens.

Talia autem Verba deficientia & eodem modo construenda, sunt etiam ليس *leise*, non fuit, non est, & habet tantum voces praeteriti: صار *sāre*, factus est, evasit, in Futuro يصير *jesyru*, ما زال *mā zāle*, non cessavit, ما انفك *mā infekke*, non destitit esse, Fut. ما ينك *mā jenfekkü*: ما فتى *mā fetie*, non defecit, Fut. ما يفتأ *mā jefiāü*: ما برح *mā beryhæ*, non defuit esse, ما دام *mā dāme*, quandiu fuit, Item امسى *emsā*, sero fuit, Fut. أمسى *jümsi*, Infin. امسأ *imsāen*: بات *bāte*, pernoctavit, nocte fuit, Fut. يبيت *iebitü*, Infin. بيتوتة *bejtüteten*: ظل *zelle*, die fuit, Fut. يظل *jezyllu*, Inf. ظلوا *zulülen*: أصبح *asbaha*, manè fuit, Fut. يصبح *iesbyhu*, Inf. اصباحاً *yspāhan*, اضحى *azhā*, meridie fuit, Fut. يضحى *juzhy*, Inf. اضحأ *yzhāen*. Quorum exempla sint ليس زيداً نائماً *leise zejdün nāimen*, non est Zeidus dormiens: صار عثمان مسلماً *sāre ōsmānū müsliemen*, factus est Osmanus orthodoxus: ما زال زيداً عالماً *mā zāle zejdün ālimen*, non destitit Zeidus esse doctus: ما انفك عمرو جالساً *mā infekke emrūn giālisen*, non cessavit Zeidus sedere: ما برح خالد كرمياً *mā beride chālidün kerīmen*, non destitit Chalidus esse liberalis: اجلس ما دام زيداً جالساً *eqlisü mā dāme zejdün giālisen*, sedebo quandiu Zeidus sedet: اhybbüllāhe mā dāmet hajātī, diligam Deum quandiu durabit vita mea. Sic ظل طويلاً امسى *emsez-zyllü tawīlen*, vespere fuit umbra longa, بات عمرو ساهراً *bāte emrūn sāhīren*, pernoctavit Amrus infornis: ظل زيداً صائماً *zelle zejdün sāimen*, diem duxit Zeidus jejunos: أصبح البرد شديداً *asbahel-berdü šedīden*, manè fuit frigus vehemens: اضحى الحر محرقاً *azhahel-herrü muhryken*, meridie fuit calor aestuosus.

Interdum praefigitur predicato Verbi ليس *leise* particula ب *bi*, & tunc non connotatur tempus Praeteritum, sed sensus est absolutus, aequè ac si diceretur per particulas ما *mā*, vel لا *lā*, non, ut ليس يوسف جاهلاً *leise jüsüfü bi giāhīlin*, idem est ac ما يوسف جاهلاً *mā jüsüfü bi giāhīlin*, vel لا يوسف جاهلاً *lā jüsüfü bi giāhīlin*, non est Joseph ignarus, vel insipiens, quod etiam dici potest ما يوسف جاهلاً *mā jüsüfü giāhīlen*; haec enim duae particulae negativae nasbant predicatum adinstar Verbi ليس *leise*, sed, si predicatum praepositur subjecto, non amplius illud nasbant, sed dicitur ما جاهلاً يوسف *mā giāhīlün jüsüfü*; neque verò nasbatur predicatum, quando post ما *mā* adjicitur particula ان *in*, ut ما ان احمد صادق *mā in ahmedü sādykun*? non est utique Ahmedus verax? neque cum negatio retractatur per particulam exceptivam إلا *ilā*, ut ما زيداً الا منطلق *mā zejdün illā muntalykun*, non est Zeidus nisi diicedens &c.



Italico nullus est articulus, aut certè articulus uno, aut Genitivus, ut hîc, *comprar carne, comprar un cavallo, mangiar pane, ò del pane.* Gall. *achepter de la chair, un cheval, manger du pain, &c.* *بر كسه ايله نوز اتمك يك bir kimsê ile tuz etmek jemek, panem cum aliquo & falem comedere, convivere, بر لقه اتمك ويرمدي bir lokma etmek wirmedy, buccellam panis non dedit, اللهمي سومك allâhi sewmek, Deum amare, amar Dio, aimer Dieu, بو اتي الدم bu ati aldüm, hunc equum emi, hò comprato questo cavallo, i'ay cheptè ce cheval; sùnt enim hîc determinati casus. Sic & *گتوردك اتمكي يدم getürdügün- etmegi jedüm, comedi panem, quem attuleras. Hæc ergo determinatio, seu exigentia تى تى تى, pro Accusativo, fit, cum Nomen habet Affixum, aut Pronomine relativo aliove additio determinatum est, ut & nomina propria & pronomina primitiva censentur determinata, unde dicitur *اتمي صاتم atümi fattüm, vendidi meum equum, اتمگين يدي etmegin jedy, comedit suum panem, بواتي الورميسن bu ati alürmisyñ? emesne hunc equum? داودى گوردكى dawüdi gördün-mi? vidistine Davidem? بنى سورميسن beni sewermissyn, amasne me? Dicitur etiam *بونى اقتضا ايدر buny yktyzâ iver, hoc, hanc rem requirit, exigit.****

Verba autem, quæ in Latinis præter Accusativum Dativum etiam postulant, idem faciunt in Turcicis, ut *بن سكا برات بخشليم ben san-a bir at baghyßlaim, ego tibi donabo equum, وير بكا شو كتابى wir ban-a şu kitâbi, da mihi hunc librum, &c.*

Multa sunt præterea Verba quæ Dativo gaudent, ut *نظر ايتمك bakmak, زار etmek, نگران اواق nigerân olmak, aspicerè, بكا بق ban-a bak, aspice me, q. respice ad me. Sic باشلق baslamak, inchoare, incipere, exordiri, قيمك kyymak, perdere, occidere, & offendere, لاديرمك ben-zemek, similem esse, rassomigliare, ressembler, دگمك degmek, tangere, pervenire, valere, صغنىم syghynmak, confugere, anniti, ricouerarsi, rimettersi, appoggiarsi, confidarsi, قىنىم kacınmak, confugere, مراجعت mirâge-æt e. refugere, appellare ad. . . , التيجا iltigîâ e. confugere, anniti, تىجب te-eggiüb e. mirari, & similia, حيران hajrân e. mirari, stupere, يتمك ietmek, يتشمك ietismek, sufficere, parem esse, & pervenire, assequi, ايرمك irmek, ايرشمك irismek, pervenire, assequi, كته حكم kette hukm e. damnare ad mortem, dar sentenza di morte, طوقنىم dokunmak, tangere, attingere, ياپشمك iapismak, prehendere, apprehendere, tangere, & aggredi, اولاشمك ulasmak, pervenire, attingere, contingere, contrectare, ديمك dimek, dicere, & nuncupare, ut *ان ابراهيم ديرلر an-a ibrâhim dirler, vocant eum, seu vocatur Abraham, يارماق jaramak, prodesse, valere, نيه يرار neje jarar, ad quid valet, prodest? ارزاني قىلق erzânî kylmak, concedere acc. rei. dat. pers. غالب ghalib e. vincere, superare, constr. & cum *اوزه uzre persona, صورت formak, سؤال süâl e. quærere, sciscitari, sed & cum acc. & abl. usit & cum *ديو diju, ut supra pag. 161. اوگرتك ogretmek, تعليم taelim e. docere cum acc. rei & dat. pers. ut *بزم مران من سرلره غيري يوزدن انگات ايدوب اوزكه تامشا صنعت bizüm mü'âdümüz sizlere ghejri jüzden iltifat idüp özge temasâ san-æt ogretmek idy. Intentio mea erat tibi alio modo honorem exhibere teque alias mirabiles artes edocere. Eb. اعتبار y'tibâr e. observare, æstimare, قاقىمق kakymak, irasci, & increpare, sgridare, صاتمق satusmak, راست كالمك rast gelmek, دوش كلك اواق düs gelmek, düs olmak, مقابل mukâbil e. occurrere, obvium habere, incidere, incontrarsi, incontrare, استقبال istykbâl e. obviam procedere. حسد hased e. invidere, انكار inkar e. negare, تصديق testyk e. affirmare, verum agnoscere & profiteri, صبر sebr e. sustinere, تحمل tehämmül e. sufferre, tolerare, patienter ferre, طاقت كتورمك tak et getürmek, sufferre, & sufficere, parem esse, جهد çehd e. سعى sæj e. كوشش koshish e. اشتغال işti-ghâl e. شغل süghl e. مشغول mesghül e. تقيد tekejjud e. مقيد mukejjed e. اوزره uzre e. اوزره üzre e. بابنده babinde, uti etiam سعى ودقت sæjü dykket e. اهتمام ihtimâm e. اقرار ykrâr e. confiteri, & promittere. اعتراف y'tirâf e. confiteri, agnoscere, عهد æht e. ايجازت igiazet e. وىمك usit. اجازت wirmek, promittere, دوشمك*****





celebris est in remittendis delictis confitentium ea. *Sæ.* معبريني سد انجون *mi-berini sedd aciün*, ad intercludendum ejus transitum, *per ferrar gli il passo. Sæ.*

¶ *In Arabicis Verba Activa pleraque Accusativum regunt, ut* أحب الله *uhybbül-lähe*, amo Deum, طرد الملائكة الشياطين *taredel-meläiketüs-šejätüne*, expulerunt Angeli demones, صنع الله العالم *sana-ällähül äleme*, fecit Deus mundum. Multa tamen præter Accusativum construuntur cum præpositionibus ب *bi*, ل *li*, من *min*, عن *en*, على *älä*, في *fi*, الى *ilä*: *ut cum* بشر *beššere*, evangelizavit, prædicavit, annuntiavit quid læti, boni, اخبر *æchbere*, significavit, nuntiavit, و *similia*, *ut* ابشرك بائجيل *æbšširüke bi inžilillähi*, annuntio tibi evangelium Dei, اسرار الله *æchberenel-mesjbu bi gemi-y esrärillähi*, significavit, notificavit nobis Christus omnia mysteria Dei. *Cum* ل *li*, *ut* وهب له زهداً *wi-hebe lehu zümürüden*, donavit ei smaragdum. *Cum* من *min*, خلى *challæsa*, eripuit, liberavit, طرد *taredel*, expulit, ejecit, اخرج *æchrege*, eduxit, extraxit, protulit, produxit, ابعده *eb-æde*, lemovit, removit, استعار *iste-äre*, petiit mutuò, و *similia*, *ut* خلصته من الموت *challæstühu minel mewti*, eripui eum de morte, اخرجهم الله من مصر *æchregehümülläbü min myse*, eduxit eos Deus de Ægypto, ابعدينى الرب من الشر *eb-ædenir-rebbü mines šerru*, lemovit nos Dominus à malo, استعار بنو اسرائيل اواني ذهبية كثيرة من المصريين *iste-äre benü isräile ewänije zebbijeten kesireten minel mysrjüne*, acceperunt mutuò filii Israél vasa aurea multa ab Ægyptiis. *Cum* عن *en*, *ut* سح *senæha*, avertit, retraxit, ارجع *erge-æ*, recedere fecit, صد *sedde*, propulso, و *similia*, *ut* سح محمد زهداً عن الزأيه *senæhe muhamedün zejden ænir-reçibi*, avertit Mahometes Zeidum à sententia sua, ارجعت محمد أعه *erge-æ tü muhameden ænihu*, removi Mahometem ab eo, صد الله عن يوشافاط الجيش *seddallähu æn jüs-äfatel gejše*, recedere fecit Deus à Josaphat exercitum. *Cum* على *älä*, جازى *giäzä*, retribuit, rependit, شكر *šekere*, gratias egit, حمد *hamide*, laudavit, و *similia*, *ut* اشكر الله على جميع *æskürüllähe älä gemi-y yhsänihi il-jeke*, gratias ago Deo pro omni beneficentia sua in te, احمد الله على حمله العظيم *æhmedüllähe älä hylmihil-æzyymi*, laudo Deum de mansuetudine sua magna. *Cum* في *fi*, غرز *ghereze*, infixit, طعن *te-æne*, transfixit, ركز *rekeze*, fixit, و *similia*, *ut* غرزه في الارض *gherezehu fil erzy*, fixit illud in terra, ركز الزئج في المبلوط بالحجارة *te ænchu fi giänibibi*, transfixit eum in latere, ركز الزئج في المبلوط بالحجارة *rekezer-remba fil-meblütü bil hygiäretü*, fixit lanceam in pavimento lapidibus itrato. *Cum* الى *ilä*, ادغم *edghame*, intromisit, ادخل *edchale*, introduxit, بعث *be-æse*, misit, اضاف *ezäfe*, annexit, اسند *esnede*, reclinavit, حوج *hawwege*, indigere fecit, *ut* ادخلته الى قدام السلطان *edchaltühu ilä kuddamis-sultäni*, introduxi eum ad Principem, حوجته الى فاس واحد *haww-çtühü ilä fälsin wähydin*, indigere feci eum, seu feci, *ut* indigeret obolo. *Danturque alia, quæ cum aliis particulis, seu præpositionibus construuntur.*

*Similiter Verba Neutra, seu intransitiva construuntur cum particulis variis, ut* مررت بالبستان *merertü bil büstāni*, transivi per pomarium. *Sic cum ead. in particula* ب *bi*, لصق *lesyke*, adhæsit, بدأ *bedee*, incepit, عان *æze*, confugit, اهتم *ihtemme*, sollicitus fuit, curavit, anxius fuit, انطلقت بزيد *intalektü bi zejdu*, abii cum Zeido, و *abire feci Zeidum*, جاء بكتاب *giä-e bi kitābin*, attulit librum, q. venit cum libro, و *cum hoc dicitur etiam* جاءني *giäenü*, venit ad me, pro جاء التي *giä-e il-je*, *uti* اتيك *etejtüke*, pro اتيك *etejtü ilejke*, veni ad te. *Cum* على *älä*, contra, *ut* خصمت على *ghæzybtü älä zejdu*, iratus sum contra Zeidum, صعدت على الجبل *se-ædtü älel gebeli*, ascendi super montem; *sed dici etiam potest* صعدت الى الجبل *se-ædtü fil gebeli*, Id. m. *Cum* من *min*, *ut* قرب منه *kerübe minhu*, accessi ad eum, فرق منه *feryka minhu*, timuit eum, secessit ab eo. *Sic* خاف *chäfe*, timuit, expavit, انقلت *inkælete*, evaluit, انخلص *inchelæsa*, salvatus est, بعد *be-æde*, abfuit, distitit, تباعد *tebä æde*, secessit, &c. *Cum* الى *ilä*, اب *ebbe*, desideravit, ابحاج *yhtäge*, indiguit, توجه *tewewççe*, tetendit, faciem vertit, دخل *dachale*, intravit,



nos adderemus Infinitivum esse, ut رأى خام نوحاً منكشفاً *re-ā chāmū nūhan mūnkšifan*, vidit Cham Noachum esse detectum, nudatum, وجدت نوحاً قوياً *wegedtü nūhan kawījen*, reperi, comperi Noë esse fortem, علمت زیداً عالماً *ālimtü zeiden ālimen*, novi Zeidum esse doctum, خال محمد الناس بهایم *chāle muhamedün ennāse behāime*, imaginatus est Mahometes homines esse jumenta, ظننت أباك غنياً *zanentü ebāke ghanījen*, existimavi patrem tuum esse divitem, زعم الفيلسوف العالم سرمدياً *ze-āmel-feylesūfūl-āleme fermedijen*, opinatus est Philosophus mundum fuisse æternum. Dici etiam potest زيدٌ كذابٌ *zejdün ālimtü kezābün*, Zeidus, novi, est impostor, موسى نبيٌّ *mu-sā nebījün ālimtü*. Item زيدٌ عبدٌ *ālimtü lezejdün ābdün*, novi, utique Zeidus est servus & *interpositā negativā*, ما زيدٌ عالمٌ *ālimtü mā zejdün ālimün*, novi, non est Zeidus doctus, vel cum *interrogativa* رأيت زیداً هاهنا ام عمرو *re-ējte e zejdün hāhūnā em āmrün*, vidisti, num Zeidus est hic, an Amrus, علمت ابيها قائمٌ *ālimte ejjukūmā kāimün*, nōsti, uter iptorum est stans.

Ceterum dantur etiam quoque Verba que construuntur cum duobus Accusativis, ut sunt derivativa secundae conjugationis Verborum deficientium, de quibus in paragrafo praecedenti, sic جعل الله نوحاً نبياً *ge-āllāhū nūhan nebījen*, fecit, constituit Deus Noë prophetam, ترك المولي العبد مريضاً *terekel-mewlel-ābde merīzan*, reliquit herus servum infirmum, ارسل السلطان زیداً قاضياً *erfetef-sultānū zeiden kāzyjen*, misit Princeps Zeidum judicem, per Giudice أرضاً *femmallāhūl-jūbse erzan*, vocavit Deus aridam terram. Et quia Verba transitiva in secundam tam secundam quam quartam conjugationis regunt duplicem Accusativum, in quem transeunt, his Verbis opinionis & scientiae accidere potest ut tres Accusativos regant, v. g. اريت زیداً نوحاً طوبائياً *erejtü zeiden nūhan tubānījen*, ostendi Zeido Noë esse beatum, *hò fatto vedere a Zeido, che Noë è beato*. Sic علمت زیداً المسيح *ālimtü zejdūn el mesīh*, docui Zeidum Christum Deum esse.

Pro Infinitivo nostro adhibetur Infinitivus, seu Verbale Arabicum in Accusativo, ut اريد ضرباً *üridü zeiben*, cupio verberationem, i. e. verberare, vel cum prepositione, ut لا اقدر على الضرب *lā aktyrū ālez-zerbi*, non possum verberare, aut Futurum, praeposito *en*, ut اريد ان اسمع *üridü en esme-ē*, cupio audire, etiam cum prepositione, ut in superiore exemplo لا اقدر على ان اقول *lā aktyrū ālā en akūle*, non possum dicere.

Pertica Verba Activa regunt pleraque Accusativum aut determinatum, h. e. cum *ā* *vā*, aut indeterminatum sub terminatione, prout sensus exigit, Nominativi: quod hoc unico exemplo patet, ما لداريرا شنيدم كه خست نفس جيلي در نهادش همچنان متمكن بود, که ناني بجانى از دست ندادى و كرده ابي هريره را بليقه نواختى و سكا اعجاب كهف را استخوانى نينداختى في السجده خانه او. کسی ندیدی در کشاده و سفره او را سرکشاده *māldāvīrā s' nīd m ki chysseti nēssi ghiblī der nihādes hemciūnan mütomekkin būd ki nāni bi gīāni ez dīst vedādi we gūrbē ābi hūrejrerā be lokmāi nenūwāchtī we s' gī āsbāhī kehfrā ūstuchānī nojen-dachtī, fīl gīūmle chāncī orā kesī nedīdī der kūsāde we sūfey orā ser kūsāde*. Quendam opulentum tuisse audivi, cujus animum ita infederat vitium avaritiæ, ut ne unum quidem panem pro aliqua anima salvanda ex manu deprompsisset, aut, ut *Gent.* liberandæ animæ impendisset, neque felem Ebuhureiræ (focii Mahometis) vel unā buccellā demulisset, neque cani septem dormientium in spelunca os unum projecisset: in summa, nemo unquam viderat domum ejus portā apertam, mappamve distensam, seu mentlam apparatusam.

Cum duobus etiam Accusativis construuntur nonnulla, ut مرد را خفته بگذاریم *merd-vā chuste būgzarīm*, hominem relinquamus dormientem, & سر بر آورد و کاروان را رفته دید *s' r ber āvürdū karwān-rā vefte دید*, caput extulit, viatoremque profectos vidit, q. discessisse advertit, & sic et per Infinitivum reddunt: aliàs per *ki*, ut Itali per, *che*.

Multa

Multa sunt, quæ Dativum regunt, ut *یارانرا خبر کرد* *jārānrā chaber kerd*, sociis nuntiavit. Sic *دادن* *dāden*, dare, *طالب شدن* *tālib šūden*, cupidum, studiosum esse, ambire, & alia ferè omnia, quæ in Turcicis specificavimus.

Sic etiam pleraque ejusdem significationis regunt Ablativum, quæ in Turcicis, ut *ترسیدن* *tersīden*, timere, *گذاردن* *gūzārīden*, transire per., trajicere, & similia.

### Constructio Verbi Passivi.

Verbum Passivum rariùs adhibetur personaliter cum casu, qui aliàs est Ablativus, ut *اول قلعه بک الندن فتح اولندی* *ol kal-ê ege beg elinden fetb olundy*, illa arx manibus Ege begi, seu ab Ege Bego expugnata est; aut aliquando Dativus, ut *اکا طوتلندی* *ak-a tutuldy*, captus ab eo est, q. ipsi. Sed in tali casu vertunt potiùs illud in Activum, uti etiam latinè fieri potest, ut *اول قلعه بک الندن فتح اولندی* *ol kal-êi egebeg fetb itmīš idy*, illam arcem expugnarat Ege Begus, &c.

Verùm sine casu, quem regat, frequentissimè usurpatur, immò honoris causâ ferè semper in Literis Nobiliorum usurpatur loco Activi, e. g. *احوالنردن سوال اولنورسه* *ehwālīn mūzden sūāl olunurşe*, vel *بیوریلورسه* *būjūrīlurşe*, vel *جایز کوریلورسه* *gīāz gōrīlurşe*, si quæretur de nostro statu, pro si quæras, si quætere digneris, &c. Sic *انها و اعلام اولنورکه* *enbā wū y lam olunūr ki*, significatur quòd, pro significo, significamus, &c.

¶ *Idem censendum de Arabicis & Persicis.*

### Constructio Participii.

Participia, ut alibi dictum est, suorum Verborum constructionem sequuntur, ut *صالحی سوبجی* *salhī sewīgi*, amans pacem, amator pacis, *یره بقان* *jere bakan*, qui terram aspicit, *اللهدن قورقان* *allāhten korkan*, vel *اللهدن قورقارلام* *allāhten korkar bir ādem*, homo timens Deum. Sic & Arabica, ut *اخبار سلامتکری مشعر و مخبر مکتوبکزی ابان* *achbārī selāmetūn ūzī mūs-īr*, vel *مخبر مکتوبکزی ابان* *muchbir mektūbūn-ūz ile*, cum literis vestris de bona valetudine vestra nos certiores facientibus, & *قوشولوقده اولان مودت و محبتک از دیدانی متضمن* *kon-šulykte olan meveddetū mūhabbetūn-izdi-jādīnī mūtezammin selāmet chaberūn ūzy y-lāmden chālī olmajāsiz*, non prætermittatis nobis communicare nuntia vestræ salutis talia, quæ contineant incrementum amicitie & bonæ in hac vicinitate correspondentie. Lt. Sic *انہر زلملرین مستمع اولوب* *inhizāmle-rin müstemī olup*, cum audisset eos profligatos esse, eorum eadem & profligationem cum percepisset. Se. Aliàs plerūque, ut dictum est, Participia Activa Arabica gaudent Dativo, ut *عالم طالب* *ilme tālib*, cupidus scientie, quærens scientiam, & saepe annexantur Nomini in Genitivo, sed sub terminatione Nominativi, ut *طالب علم* *tālibī y.m*, idem, quærens scientiam, studens ei. Passivum etiam optimè sic construitur, seu annexitur Genitivo loco Ablativi nostri, ut *مرغوب طبایع* *merghūbī tebāi-y*... desideratum ab animis... Et hæc Participia Passiva sumuntur etiam pro ipsa Actione, item & pro Verbalis nostro in ibilis, vel endus, ut *مقبول* *makhūl*, acceptus, ratihabitus, aliquando pro ipsa acceptatione aut ratihabitione, aliquando pro nostro acceptabilis, & acceptandus, & sic de aliis. Quod accidit etiam in Persicis, ut *کشته* *kūšte*, occisus, occiso, & occidendus; dicitur & *کشتنی* *kūštenī*, occidendus, *مردنی* *mürdenī*, cui est moriendum, mortalis, *آمدنی* *āmedenī*, venturus, cui est veniendum.

## CAPUT SEXTUM

### De reliquis constructionum modis.

**A**D quæstionem *ubi?* *کده* *kande*, *هاند* *handa*? respondetur semper per præpositionem *د* *de*, ut *باغچده* *baghčade*, in horto, *بچه* *beče*, Viennæ. Arabice per præpositiones *ب* *bi*, & *فی* *fī*, in. Persicè per præpositiones *در* *der*, & rariùs *به* *be*, in.

Ad quæstionem *quò?* *کنیه* *kanije*, *نهیره* *ne jere*? respondetur per Dativum, ut

Y 3

باغچده